

Kei

ILLVSTRIBVS  
ATQVE EXCELLENTISSIMIS HEROIBVS TOGATIS  
EVERGETIS, MÆCENATIBVS,  
PATRONIS

<sup>imprimis</sup>  
VTRIVSQUE PRYTANEI PER LVSATIAM INFERIOREM  
SVMMIS DAMIVRGIS,  
PER EVNDEMQUE TRACTVM LVSATORVM INFERNATIVM IN  
REGIIS REDITIBVS E VICTV SIMILIBVSQVE  
ARBITRO GRAVISSIMO,  
EXCELLENTISSIMIS, AMPLISSIMIS AC DOCTISSIMIS

ARCHIATRO,  
NOMARCHÆ & PRÆTORI PRO-  
VINCIALI  
CIVITATISQVE HVIVS PRAXIBVLI

PATRIBVS CONSCRIPTIS  
PLVRIMVM REVERENDO ORDINI SACRO ET IN EO  
SIGILLATIM

PRÆCEPTORI SVO

Omnibus occurfationibus, studiis, fermonibusqve ad cineres  
*usqve magnopere colendo*  
VNIVERSIS DENIQVE AC SINGVLIS  
Qvi scholarum gymnadiis favent, qvique beneficia apud  
memorem

collocarunt  
PEREGRINATIONIBVS LITE-  
RARIIS

ex  
Athenæo Lubenensi ad majora theatra proximis Idib: Aprilis  
clb lccc xxxvi.

DIVINO AVSPICIO VSCIPIENDIS

ca, qua par est,  
animi summissione, pietate, observantia  
*exigua hæc tabula*  
grati animi piam memoriam contestari, ac decenter vale dicere  
debut, voluit

Christ. Frid. Goetse

Pitſchkav. ad Soram Lüſat. Infernas.

SORAVIÆ, Imprimebat Joh. Gottl. Rothius, Typogr. Aul. Promnit.

A4



*Virgil.*

----- MAECENAS -----  
 A TE principium, TIBI desinet: accipe iussis  
 Carmina cepta TVIS, atque hanc sine tempora-circum  
 Inter victrices hederam TIBI serpere lauros.

## TE PRYTANVM generosa cohors, mitisque PINELLI

Æmula, tot vastas inter variasque laborum  
 Congeries, totque innumeras meletemata curas  
 Tenuia TE turbare sinas, gracilique monaulo  
 Concedas meritam benefactis psallere laudem.

Ast animi dotes, arrham dum promere vena  
 Indolis eximiae studeo, benefacta referre  
 Dum meditor, me destituunt viresque leporque  
 Dicendi. Tam multa satis, tam magna decenter  
 Quis numerare valet? laudum mare spectro profundum  
 Ingenium cuius frustra tentabit abyssos.  
 Praeterea modo sub teneris vox asla myricis,  
 Atque inter coryleta gemens consueta susurrat  
 Rauca melos, resonare docens tantummodo valles.  
 Quid mirum si forte deest optata facultas  
 Culmina cedrorum Libani minitantia stellis  
 Ut fas, virtutes epico celebrare cothurno?  
 Interea tamen & tacite juaat admirari.

Jam mihi dum studiis suadet deuota cupido,  
 Linquere Lubiades Musas, & adire theatra  
 Majora, Eusebees adytum Sophiesque verendae.

208.

Pieris ad **TE**, prima venit, **TIBI** supplicat ecce!  
**RVTAVIRENS**, quae **SAXONIDVM** tutela

virescis,  
Cujus ego per tres hyemes securus in umbra  
Incubui jam jam studiis. **TV** porro venenis  
Gorgoneis cœlo mancas rorante medela.

**REGIA AVIS** regnum candore nitentibus alis  
Usque tegat, nec dediscat volitare, nec umquam  
Definat ad solem vegeto contendere cursu;  
Ad solem, quem nulla manus, nullusque creator  
Produxit, regno & ridentia fata reportet.

Post **VT**RIVSQVE **TIBI** **PRYTANEI**  
**NOBILIS ORDO,**

Ac reliqui **PROCERES**, quorum sub fascibus acquis  
Vita fuit, ludi stadio misfue peracto,  
Taurorum nitidumque femur, ditesque hecatombas  
Ferre jubet pictas, grates actura fauori.

**TV**que per hanc obiens regionem munia **SVMMI**  
**ARBITER AVGVSTI REGIS,**

(cui nubifer Atlas

Fixa tropaea procul tollat, cui Lechica virtus,  
Teutonicusque vigor priscus palmamque decusque  
Augeat, ac religet victrici tempora lauro.)

Abs quo dimidiata fuit mihi tesfera, Larque,

**TV** quoque promeritas poscis de pectore grates,  
Obsequiumque placet, tenuis dum turis acerra  
Indiget asfryii, tantum benefacta Kalendis,  
Aeternoque peplo jubet asferuare Mineruae.

**TE** pariter prensat Musarum Musa **PATRONE,**  
Lubiadumque aegris pridem dilecte **Melampu.**

Nec minus o **PATRES CONSCRIPTI,** latus  
abolla

Quos ornat clauus, fascēs, orchestra, secures,  
Sellaque chromatibus variis depicta curulis;  
Et reliqui, queis luna nigram distingvit alutam.

**ORDO SACER,** sacra progenies sublimis Jovae,  
Candida quos decorat stola, qui fulgente capillos  
Euncti taena, queis sunt mysteria cordi.

VOS DEVS astritēnēs, una piā dogmata, nifus,  
Exemplum, Triados sacrum de nomine cultum  
Usque beēt, quo furgat agris spe certius omni  
Laeta seges domini, grata alcedonia currant.

Denique quid dicam de **TE, VENERANDE MA-  
GISTER ?**

Est equidē labor in tenui **TIBI**, iudice mundo,  
Sed tribuente **DEO** tenuis non gloria: sanc  
Mnemosynes templo remanebit condita diuae.  
Qua prece? quo pretio pia tot, tamque alma rependet  
Hortatus, vigiles curas, benefacta, labores,  
Sancta fides? eget argentique auriq̄ue talentis,  
At nec amoris eget, quin haec si viuit eorum  
Immemor, ante meae veniant obliuia dextrae.

**TE**, dum luce fruar, calido venerabor amore,  
**TE** quoque puluis adhuc post fata extollet honore.

Ultima subijcio votis jam vota: perennem

Esse velit florem diuina potentia sedis  
**Musarum**, plantata **Spreae** viridantibus oris,  
Quae fouet amplexu rara doctrina **EPICHARMVM**  
Splendida quem virtus, moderatio sobria mentis,  
Dotesque ingenii dudum super astra locarunt,  
Quemque timent sterili nimium pietate tumentes.  
Qui tenet obstrictam iusta pietate iuuentam  
Sarmata quam regio, dulcis quam Slesia mittit.

Jamque vale, **Lubena**, vale salueque supremum,  
Nereidum Dryadumque chorus certamine tanquam  
Suauiter edicto ingeminant, ut lucus anhelans  
Conduplicet caelosque sonos transmittat ouantes:  
**PAX VRBIS, POPVLIVQVE SALVS, ET GLORIA NVLLIS  
MARCESCAT SECLIS.**

*Virgil.*

Tantum: me Pindi deserta per ardua dulcis  
Rapet amor.



Nur für den Lesesaal

Keine Fernleihe Soll


78 N 17

Entl. Handschriften

H. v. 4 m



77-50L







**DFG**

**Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt**


Digitalisierung von Drucken des 18. Jahrhunderts

**PPN 153463279**


Illustribus ... evergetis, maecenatibus, patronis, ... summis damiurgis ...  
peregrinationibus literariis ex Athenaeo Lubenensi ad majora theatra  
proximis idib: Aprilis 1736 ... vale dicere debuit, ...

Goetse, Christianus Fridericus (Soraviae s.a)

**78 N 17 (99)**



153463279

Visual  Library

